# Mythologia, Venise, 1567 - X [136] : De Nemesi

### Auteur(s) : Conti, Natale

#### Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [142] : De Nemesi *est une version augmentée de ce document*

#### Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 19 : De Nemesi *a pour résumé ce document*

#### Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [142] : De Nemesis *est une transformation de ce document*

#### Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [142] : De Nemesis *est une transformation de ce document*

# Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

# Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination306v°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesNémésis
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

### De Narcisso.

VT autem temperantes, & prudentes & viri boni essemus, nullum esse facinorosum hominem impune tradiderunt antiqui. nam tametsi Deus aliquandiu differt vindictam, tamen multo grauiorem illam postea concitat; quod per Narcissi fabulam explicatur. si quis enim nimis vel forma corporis, vel opum magnitudine, vel nobilitate generis, vel viribus glorietur ac efferatur, neque cognoscat se largiente Deo hæc omnia habere, ille ob suã imprudentiã hæc sibi facit pernitiosa, non minus quàm male affectus ægrotantis stomachus, cui vel optimi cibi fiunt noxii ob digerendi debilitatem.

### De Belidibus.

AD educationem verò liberorum Belidum exemplum pertinet, nam neque parentes quidpiam liberis contra humanitatem, iusque naturæ, & deorum religionem debent imperare; ne paterno consilio improbi esse consuescant; neq; liberi crudelia & impia & inhumana parentum mandata exequi. sin autem magis paterna, quàm diuina reuerentia teneantur, Deum denique sentient esse grauissimum impurorum & conscelleratorum hominum vindicem. nemo enim malus est impune.

### De Sphinge.

QVAE autem dicta sunt de Sphinge, hortabantur vnumquemque ad fortunam suam æquo animo ferendam, cum omnis humanæ vitæ status sit inconstans, cum humanum sit calamitatibus subiici, cum vel volenti, vel inuito fortunam ferre omnino necesse sit. atque, vt summatim dicam, necesse est vnicuique vel suam sapienter fortunam perferre, vel omnino si quis illam ferendo vincere non poterit, ab illa denique superari, & in extremas miserias incidere.

### De Nemesi.

ENIMVERO cum vellent demonstrare antiqui sapientes nihil Deo gratius, vel vitæ hoĩum vtilius q̃ in vtraq; fortuna animi moderationẽ, multas fabulas finxerunt, quibus ad miserias & calamitates fortiter perferendas nos hortarentur. Sed quia nonnulli æquo animo aduersa tulissent, at felicia & prospera ferre nescirent, Nemesim Iustitiæ filiam introduxerunt grauissimam Deam, quæ de illis supplicium sumeret, qui nimis elati aliquo felici rerum successu non mediocriter extollerentur, fierentque cæteris hominibus intolerabiles. Nam hanc Deorum iussu quàm citissime ad superborum pœnas conuolare finxerunt.

### De Momo.

DENIQVE nemini esse grauiter ferendum aiebant siquis vel illa quę humaniter, quæ prudenter, quæ piè & secundum leges fecerimus, carpserit; quando neque Deus quidem placet omnibus, cum neque ipse quidem



Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1071?context=pdf